



Philippus filius fuit Philippi electoris Palatini. Is in omnibus uirtutibus à parentibus educatus, postea operam literis dedit, & mediocrem eruditionem sibi comparauit. Itaq; factum ut pontificis dispensatione in Ruperti fratris locū (qui Georgij diuitis Bauariæ ducis filiam uxorem duxerat) Episcopus Frisingensis eligeretur, anno 1499. Eam ecclesiam magna prudētia administrauit, & talem se exhibuit, ut etiam 1517 præsul Numburgicus in Misnia constitueret. Erat Philippus pacificus princeps, id quod Palatinis ferè cōnatum uidetur. Itaq; passim in Imperij comitijs principum dissensiones mitigauit, & pacem suasit. Cum hoc modo magna gloria per quadraginta unum annum Frysingensem Ecclesiam gubernasset, tandem ueneranda canitie conspicuus 1540 obiit, & Heinricum fratrem administratorem Episcopatus Vuormatiensis successorem habuit. Monst. in Cosmog.

gloria per quadraginta unum annum Frysingensem Ecclesiam gubernasset, tandem ueneranda canitie conspicuus 1540 obiit, & Heinricum fratrem administratorem Episcopatus Vuormatiensis successorem habuit. Monst. in Cosmog.